

firmamus , atque ab omnibus , & singulis  
personis, ubicumque locorum existentibus,  
inviolabiliter, & inconcusse observari præ-  
cipimus , & mandamus sub poenit tam in  
Regulis Indicis , quam in Literis , & Con-  
stitutionibus Apostolicis alias statutis , &  
expressis , quas tenore earumdem presen-  
tium confirmamus & renovamus . Non ob-  
stantibus Apostolicis generalibus , vel spe-  
cialibus Literis , Constitutionibus , ac qui-  
busvis statutis , decretis , usibus , stylis , &  
confuetudinibus etiam immemorabilibus ,  
cæterisque in contrarium facientibus qui-  
buscumque. Volumus autem , ut earumdem  
præsentium Literarum transumtis , seu ex-  
emplis etiam impressis , manu alicujus No-  
tarii publici subscriptis , & sigillo Praelati  
alicujus in dignitate ecclesiastica constituti  
obsignatis eadem prorsus fides habeatur ,  
quæ ipsis præsentibus haberetur , si forent  
exhibitæ , vel ostensæ . Datum Romæ apud  
Sanctam Mariam Majorem sub annulo Pi-  
scatoris die xxiii. Decembris MDCCLVII.  
Pontificatus Nostri Anno XVIII.

Cajetanus Amatus .

CATHO-